



**C. S. P. B.**

**CRUX SANCTI PATRIS BENEDICTI.**

**C. S. S. M. L.**

**CRUX SANCTA, SIT MIHI LUX.**

**N. D. S. M.D.,**

**NON DRACO SIT MIHI DUX**

**V. R. S. N. S. M. V. S. M. Q. L. I. V. B.**

**VADE RETRO SATANA. NUNQUAM SUADE MIHI VANA.**

**SUNT MALA QUÆ LIBAS. IPSA VENENA BIBAS**

## FORMULA

BENEDICENDI NUMISMATA SEU CROCES S. BENEDICTI A SS. D. N.  
BENEDICTO PP. XIV.

APPROBATA.

*Sacerdos benedicturus Numismata Sancti Benedicti incipit absolute.*

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Ŕ. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Exorcizio vos, Numismata, per Deum Patrem ✠ Omnipotentem, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma satanæ eradicare et effugare ab his Numismatibus, ut fiant omnibus qui eis usuri sunt salus mentis et corporis, in Nomine Patris ✠ Omnipotentis, et Jesu Christi filii ejus Domini nostri, et Spiritus Sancii ✠ Paracliti, et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem.

Ŕ. Amen.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster *secr.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

Ŕ. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Salvos fac servos tuos.

Ŕ. Deus meus, sperantes in te.

Ÿ. Esto nobis Domine iurris fortitudinis.

Ŕ. A facie inimici,

**Ÿ. Dominus virtutem populo suo dabit.**

**Ŕ. Dominus benedicet populum suum in pace.**

**Ÿ. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.**

**Ŕ. Et de Sion tuere nos.**

**Ÿ. Domine exaudi orationem meam.**

**Ŕ. Et clamor meus ad te veniat.**

**Ÿ. Dominus vobiscum.**

**Ŕ. Et cum spiritu tuo.**

### **OREMUS.**

**Deus omnipotens honorum omnium largitor, supplices te rogamus, ut per intercessionem S. Patris Benedicti, his sacris Numismatibus litteris ac characteribus a te designatis tuam benedictione infundas, ut omnes qui ea gestaverint ac bonis operibus intenti fuerint, sanitatem mentis et corporis, et gratiam sanctificationis, atque indulgentias nobis concessas consequi mereantur, omnesque diaboli insidias et fraudes, per auxilium misericordiæ tuæ effugere valeant, et in conspectu tuo sancti et immaculati appareant. Per Christum Dominum Nostrum**

**Ŕ. Amen.**

### **OREMUS.**

**Domine Jesu Christe, qui voluisti pro totius mundi redemptione de Virgine nasci, circumcidi, a Judæis reprobari, Judæ osculo tradi, vinculis alligari, spinis coronari, clavis perforari, inter latrones crucifigi, lancea vulnerari, et tandem in Cruce mori: per hanc tuam sanctissimam Passionem humiliter exoro, ut omnes diabolicas insidias et fraudes expellas ab eo, qui Nomen Sanctum tuum his**

**litteris ac characteribus a te designatis devote invocaverit, et eum ad salutis portum perducere digneris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.**

**Ṛ. Amen.**

**Ṳ. Benedictio Dei Patris ✠ Onnipotentis, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti descendat super hæc Numismata ac ea gestantes, et maneat semper in Nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.**

***Deinde Sacerdos aspergit Numismata aqua benedicta.***